



De
LEODIENSI
REPVBLICA.

Auctores Præcipui

*Partim tunc primum editi
in quibus*

*Describe antiquitates
antiquum Historia, et
alia habentur.*

Edidit
Auctor Damianus
MARCUS ZVERIUS

BOXHORNIVS
Boxhornius

Amstelodami.
Apud Ioannem Ianssonium.
Anno 1633.


A D
L E C T O R E M
P R Æ F A T I O.

Benevole Lector. Ecce
tibi compendium absolu-
tissimum Reip. Leodiensium:
ad quod symbolas suas præstan-
tissimi quique in hoc genere scri-
ptores contulere. Operam au-
tem sedulo dedimus ut ne quid,
quod alicujus momenti esse vi-
debatur, omitteretur. Habes hic
agri Leodiensis descriptionem
accuratissimam, Urbium anti-
quitates, & quæ in ijs visu di-
gna, Diplomata veterrima, in
quibus multa tibi non obvia
habentur, atque etiam historiam
Episcoporum Leodiensium, qua
meliolem, aut elegantiolem in-

DESCRIPTIO
EPISCOPATUS
LEODIENSIS.



E P I S C O P A T V S L E O D I E N S I S.



DIOECESIS, seu Dicitio
 Leodicensis, à Septen-
 trione pariter atque oc-
 casu terminatur Ducatu
 Brabantiae: ab ortu partim
 Mosam habet, ac Ducatum
 Limburgensem, partim Provinciam Na-
 murcensem: ab austro denique Lucem-
 burgensi Ducatui consinalis est. coelo frui-
 tur clementissimo temperatissimoque, so-
 lum tritici aliarumque frugum, item fru-
 ctuum tractui concessorum feracissimum,
 nec amœnum minus. aded ut per totam
 ferè Provinciam, imò & terras conter-
 minas, satis bonum nascatur vinum, etsi
 magnam partem exiile, carnes, pisces, &
 omne genus ferinae non praestantès hic
 tantùm, sed & abundantes. plurimae fer-
 ri, nonnullae & plumbi venae. neque de-
 sunt fodinae vitrioli sulphurisque, etiam
 auro, non specie minùs quàm bonitate
 laudabili, nonnusquam intercurrente.
 Montium item & lautumiarum adfatim;
 è quibus cum alia speciosissimorum ope-
 rariorum lapidum genera, tum alabastrites
 in primis, nigris maculis interstinctus, ac
 discolor illud pulchreque variegatum mar-
 mor, supra in Namurcensi tractu descri-
 ptum, copiosè effoditur. Occurrunt de-